Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Mich

iacob totum te in vnum reducam
reliquias israel pariter ponam illum
quasi stabulum in ouile quasi pecus
in medio caulium tumultuabun
tur a multitudine hominum. As
cendens enim pandens iter est ante
eos diuidens et transibunt porta
et egredientur per eam et ibit rex eorum coram eis et dominus
in capite eorum ~~domus. Et dixi~~

Et dixi. II

audite principes domus
iacob et duces domus israel
numquid non uestrum est scire iu
dicium qui odio habetis bonum et
diligitis malum. Qui uoluentes
tollitis pelles eorum de super eos et
carnem eorum de super ossibus eorum.
Qui comedentes carnem populi
mei et pellem eorum de super excori
auerunt et ossa eorum confregerunt
et contriuerunt sicut in lebete et si
carnem in medio olle. Tunc cla
mabunt ad dominum et non exau
diet eos et abscondet faciem suam
ab eis in tempore illo sicut nequi
gesserunt in adinuentionibus suis
Hec dicit dominus deus super pro
phetas qui seducunt populum meum
qui mordent dentibus suis et pre
dicant pacem et si quis non dederit
in ore eorum quippiam sanctificant
hanc super eum prelium. Propter
ea nox uobis erit pro uisione et tene
bre uobis pro diuinatione. Occa
bit sol super prophetas et obtene
brabitur super eos dies et confun
dentur qui uident uisiones et con
fundentur diuinatores et operiet
multitudo suos omnes quia non est
responsum eis dicit. Verumtamen ego
repletus sum fortitudine spiritus
domini et iudicio et uirtute ut an
nuntiem iacob scelus suum et israel
peccatum suum. Audite hoc prin
cipes domus iacob et iudices domus
israel qui abhominamini iudicium
et omnia recta peruertitis qui edi
ficatis syon in sanguinibus et hierusa
lem in iniquitate. Principes
eius in muneribus iudicabant
et sacerdotes eius in mercede do
cebant et prophete eius in pecu
nia diuinabant et super dominum
requiescebant dicentes. Numquid non
dominus in medio nostrum. Non
uenient super nos mala. Propter
hoc syon quasi ager arabi
tur et ierusalem quasi acerus lapi
dum erit et mons templi in ex
celsa siluarum. III

Et in nouissimo dierum
erit mons domus domini
paratus in uertice mon
tium et sublimis super colles. Et
fluent ad eum populi et propera
bunt gentes multe et dicent ue
nite ascendamus ad montem
dominum et ad domum dei iacob et
docebit nos de uiis suis et ibimus
in semitis eius. Quia de syon ex
bit lex et uerbum domini de hie
rusalem et iudicabit inter popu
los multos et corripiet gentes
multas et fortes usque in longum
quibus et conflabunt gladios in uome